Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 126

, 307.

Cod. CXXVI

A

Carthac: Fol: Sec: 15.

8.8.

1.

Joara: Andrea Summa Con, fessionum.

Joannis Andreæ Summa Cõfessionum Stafica rubrica sonat: incipit Suma cõfessionum notata circa Rubricam Decretalium de penitentiis et remissioni, bus sub compendio - " Prafatio incipit: " " Misericors et miserator Dominus cujus mi, " sericordie non est numerus; " in quapræ, " ter alia occurrunt sequentia: " Et ideo ne " imperitia Sacerdotum simplicium eis (a) " potissime sit nociva, necessario informan, " di sunt Sacerdotes, quæ penitentie et re, " missiones imponende sunt penitentibus, " tibus in judicio animarum. De quibus com, " pendiose in sequenti Suma tractabimus quæ " notata est circa Rubricam Decretalium de " penitentiis et remissionibus. " Inde enim, " test, præsentem Summam compendium " esse eorum, quæ fusius dixit de poeniten, " tia in Cõmentariis in V libb: Decretalium. Foetum autem esse genuinum Joann: Andreæ patebit ex iis, quæ dicturus numero sequenti.

2a-30b

(a) poenitenti, bus.

Joannis Andreæ Jctus Bononiensis ob egregiam in jure peritiam Juris Canonici dictus, pestis obiit Bononiæ aõ 1348. De eo Trithemius Cap: 574. Warthon ad Cave, rum pag: 23.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 126

, 308.

2

Gusdem Tracto ‡ de sponsal: ⁊ matrimonio. 31a–37b

Gusdem Tractatus de sponsalibus, et matri, monio. Prefationis initium est: "Christi nomine invocato. Ad honorem Reverendissimi patris mei domini Bononiensis Archidiaconi qui divinam potentiam imitatus de meo nihilo fecit aliquid. — et ad utilitatem mei meorumque fidelium et omnium in utroque jure studentium. Ego Johannes andree parvus decretorum doctor sum, nam brevissimam super quarto libro decretalium compilavi. Subtilia vel nova non dicens. Sed brevias antiquitus dicta commemorans, que omnia ipsa, vel approbanda vel improbanda vel in toto, vel in parte reservo. Primo materiam continuans hoc modo compilator satis supra tractavit de hijs que pertinent ad clericos (a) In hac quarta hujus vo, luminis parte tractaturus est de sacramento conjugii quando pertinet ad laycos. Posuit igitur primo rubricam de sponsalibus quia volent sponsalia matrimonium prevenire." Hec clarendi, cant tam hujus quam precedentis summe authorem unum esse, eundemque, nempe Joannem Andrea. In fine legitur: "Explicit Suma Johannis Andree, nii doctoris Bononiensis de sponsalibus et matrimoniis paucis inversis declarationibus propter simplices."

(a) niminum Lu, ⁊ pra de Banit: et remiss:

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 126

, 309.

3.

Sermo in Cœna Domini

37b–38a

Sermo in cœna Domini, cujus initium: "Fecit Rex Assuerus grande convivium". Hæc verba leguntur ".

4


Dialogus B. Mariæ et Anselmi de pass. Dñi.

38b–40b

Dialogus B: Mariæ et Anselmi de Passione Domini. Vocatur quidem in codice nostro Sermo Anselmi, sed perperam; verum enim esse dolio, quium Mariam inter et Anselmum inspicienti mox patet, et typis impressum est in editione Opp: S. Anselmi Paris: 1721. pag: 488. Inscripsit: "Notandum quod beatus Anshelmus longo tempore cum lacrimis et orationibus et jejunijs rogabat beatam virginem ut ei revela, ret qualiter filius ejus passus est, tandem virgo apparuit eique dixit". Gabriel Gerberon in editione præfata hanc de præsenti dialogo fert censuram: "Extat hic Dialogus in Mss: 3to Bibl: Thu: sub hoc titulo: Planctus Beatæ Mariæ V: ad Anselmum de Passione Christi. Extat et in omnibus editis. Nihilominus tamen hunc non esse S. Anselmi mihi constat 1 est prologo, ubi hæc leguntur: Beatus Anselmus &c: 2 Quia is non est et quatuor dialogis", quos a se compositos Anselmus ipse recenset in præf: ad dialogum de veritate. 3 Quia de eo Omnes Chronologi loquitur. 4 Et maxime pro fabulis et puerilibus ineptijs, quibus dialogus iste oppletus est." Hæc Gerberon. Cœterum codex noster in fine mutilus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 126

, 310.



5

Sermo de dedi, catione templi
40b

Sermo de dedicatione templi, qui incipit: "In dedicatione igitur materiali." Capite videtur carere, et calce; inscriptionem tamen gestat: hoc est Domini de Glewsf.

6

Sermones varii.
41a – 171b

Sermones de festis Sanctorum, B. V. et Domini, ni, quibus additi sunt dominicales, de quibus dicitur in margine superiori: "Notandum quod simplicibus et primis predicatoribus sufficit presens compendium ab isto folio usque ad finem libri."

7

Lectio D. N. J. Ch. cum expositio.
172a – 182b

Lectio Domini N. J. Ch. cum nonnullis notaminibus collateralibus, quantam est collatione facta colligere licet, convenit cum opusculo, quod descripsimus supra col. CXIn. 4.

8

Innocentii IV. P. Luna can: poni tent: mutila
183a – 212b

Innocentii IV. Papa Luna canonum poenitentialium. Initium est: "Cum miserationes Domini sint super omnia opera ejus." Idem omnino opus, sed hic mutilum: finitur enim cap: 89: quod recensuimus Cod. CXV n. 1. ubi ea Lamberto ostendimus, non S. Thomae Aquin: sed Innocentio esse tribuendum. —

Sermones tres.

Adnexi sunt tres sermones anonymi; primus de dedicatione templi, alter de annuntiatione B. V. M., tertius de passione Domini.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 126

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27466

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)